



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi

Clagius, Thomas

Coloniae Vbiorvm, 1659

XV. Deserti Lindae loci religio & sanctitas, gemino apud homines
Catholicos prodigo egregiè asserta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11544

Deserti Lindæ loci religio prodigiis assertur.

227

met, & tabescet. Desiderium peccatorum peribit: vel illud
jam citatum Jobi, Myrmicaleon perit.

C A P U T XV.

Deserti Lindæ loci religio & sanctitas, gemino apud homines?

Catholicos prodigo egregie asserta.

Plurimum interest, quo quis animo, quamcunque
in rem, spirituque feratur: nam & opus, quod in
oculos incurrit idem esse potest, & meritum nihil
minus mercesque operis, longè diversissima. Sic et
jam in iis, quæ quâdam animi nausēâ fastidimus, eve
nire solet. Nam sunt, quæ alter pro conscientiæ tene
ritudine, alter pro supercilio duntaxat, non admittit.
Non defuerunt inter Catholicos quoque, qui deser
ti Lindæ loci religionem necdum satis (uti quidem
ipius videbatur) assertam, palam exemplo authorita
te que lūa assertere, magnæ sibi ducerent religioni; ne
foté, uti non raro utu venire solet, plus alicubi de
anili superstitione, quām de vera virtute ac sancti
moniæ pietate assertum irent. Quæ etjam causa fuit
Henrico Hindenbergio Cantori & Canonico Varmi
ensi, ut non facile ea, quæ de Lindæ Marianæ, etjam
desolata, sanctimoniam ac religione palam vulgo fere
bantur, persuaderi sibi pateretur. Erat ille non modò
severioribus disciplinis, sub magno illo Theologiaz,
Theologorumque hujus ævi Doctore, Francisco
Soatio, Romæ admodum excultus; verùm & gestis
in patria muneribus (nam & sub Cardinali Andrea
Bathoreo, & sub Petro Tilicio Varmiensibus Epi
scopis, Cancellarium egerat, & sub Rudnicio dein
cepit maximis quibusque negotiis adhibitus fuit)

P 2

grayi-

graviter perfunctus, ut non satis videretur decete
rantum virum ad quamcunque vulgaris auræ saman
commoveri, ne dicam inclinari. Interim tempus i
cidit, quo Simon Rudnicius, Episcopus Varmiensis
pro ea, quam semper Varmiæ suæ curam provide
tiamque habuerat, limites cum Ducatu Prussiæ com
munes, recenseri, & constitui, per delectos part
ab se, partim à Duce Prussiæ arbitros, latagebo
Multum ea res, tum ad ipsius Ecclesiæ commo
tum ad pacem, quæ inter Provinciæ utriusque pop
ulos, sanguine & cædibus nonnunquam fuit redime
da, pertinebat stabiliendam: ut gratiæ Rudnicio si
gulares à posteris agendæ sint, qui & curâ industria
que suâ; & quâ apud Serenissimum Electorem Bran
deburgicum Joannem Sigismundum, amicissimam
authoritate propè paternâ, multum valebat, antea
de regundis pangendisque finibus controveſtis
fopierit. In ea causa, cum inter arbitros Hindenbu
gius quoque delectus veraretur; jamque ceteris
ordine finibus recensitis, Lindam versus cum cau
esser progressus, interpellatus à collegis suis est,
quanquam desertam, vicinam tamen Lindæ Mi
næ sedem unâ reviseret, & more majorum, pie
raretur. Ille, qui aut plebeculæ superstitionem ad
eo loci suspectam habebat: aut, ne quid temere in
bus præsertito sacris, aggrederetur, plus & quo ren
batur, comitem se tandem in viam dat. Ubilat
deserti area primùm in conspectum venit, equo, q
vehebatur, calcaria animosè addit, in ipsum uero
areæ locum, uti destinat, unde cum equo evalutus
Verùm equus, ubi proximè aream ventum est, tub

immotus consistere, &c, tanquam humi fixus, effet-
herere! cumque acrius identidem calcaria subderen-
tur, promovit quidem tantisper gradum, quoad sa-
celli Aream proximè attigit. Hic enimvero, ut loci
videlicet dignitatem bellua testaretur, in genua po-
phlesque repente procubuit, suoque herum exem-
plo ad venerationem inclinavit. Neque herus cun-
ctari amplius potuit, quin momento deflueret ex
equo; atque ipse etiam in genua provolutus, D^EUM
& magnam D^EI Matrem, eò majore coleret reve-
rentia, quo majoribus jam stimulis erat adactus. Ge-
sta sunt hæc, præsentibus omnibus finium regundo-
rum arbitris, viris gravissimis, ex utraque Provincia:
uti diximus, delectis ac delegatis, populi que, qui sive
loci lacri visendi, sive finium, uti fieri solet, lustrando-
rum causâ aderat, non minimâ multitudine spectan-
te. Sed & ipse Hindenbergius, nunquam aut loci re-
ligionem, aut D^EI, & Deiparæ in se benignitatem
destitutus prædicare, quoad vixit; vixit autem maximâ
apud omnes authoritate & gratiâ; quoad bello Sue-
cico, in Traumburgensi castro (quod aliis Canonicis
aliò dilapsis, ipse deserere noluit) captivus Elbingam
ad Gustavum ductus; indeque biennio adhuc luperstes
ad mellorem vitam & illud gloriæ æternæ Tem-
plum, uti spes est, fuit translatus; exuviis corporis in
Templo Langualdensi (eo siquidem ratione fundi-
paterni Wilcken dicti, pertinebant) depositis.

Non longo inde temporis intervallo, aliud, quan-
tumvis deserta atque excisa Linda Mariana edidit
miraculum, quod plerisque Resseliensibus, ad hanc
usque diem, non modò in memoria, verùm & in

oculis versatur; quippe quod omnium oculos, qui rapido tempore emicuit, splendore suo quadantenus perducuntur strinxit. Prætorem agebat Resselii perpetuum, videlicet quibus scultetum hereditarium appellat, Dominus Fridericus Berendt, cuius etiam sequente libro facienda erit mentio. Facile cæteris domitorisque auctoritate, gratia, & opibus antestabat; quippe, qui juventutem in magnatum aulis, magna cum industria, turisque commendatione exactam, ætatis maturinge gravitate ita ornabat, ut vel ab ipso euntis incipiat & maturitate quadam in eo emicante, vulgari dambio, de Friderici gradu, locus fuerit (a) is procedere, usu oculorum privatus, fortunam suam genitrix tulit: at ubi filiolus Carolus, quem habebatur cum, gravi & periculosisimo depositus est mortuus ita ut remediis omnibus frustra consumptis, non vita, quam extrema pueri cum morte lucta & a quatuordecim integras dies tenuerit; milie patens, qui erectum oculis cæli lumen, in unicolo (quem luce ipsâ cariorem habuerit) utcunque sarciebat, ne ea quoque lux sibi eriperetur, a luminis Matrem configuit, & votum, Lindam nam quantocyus visitandi, nuncupavit. Ne veniam minima in exolvendo voto mora, vel virtus nūissimo jam filo pendentem abrumperet, vel morbo, doloribusque filii, moram tempusque reduceret, accelerandum quam maximè ratus, cum postmodum (qui cæcum in itinere regeret) tum via avarum mites non paucos, eosdemque apud Deum & cit. Por param deprecatores futuros, quam citissime (a)

(a) Friderich Berendts fratre.

culos, qui rapit. Ventum est, Lindam exiguo quidem sed admodum per dum pio supplicantium agmine (nam & virgines, tamen, ut quæ in Conventu, communique convictu religioso dominus fratrem, & certis, quanquam non solennibus votis adbro facie strictam vitam paulò ante Resselii inchoârunt, a-ue auctor gmini erant adjunctæ) & vota cum à cæteris, tum à qui juventate pro incolumitate filii rite perfoluta. Et jam spem inter ac metum anxius domum repetebat pa-rens, cum ædibus appropinquanti, Carolus filiolus jam lanus, & ab omni proximi morbi periculo pro-cessum immunis, latus & exultabundus occurrit; non sine ingenti omnium admiratione aut potius stu-pore; nec minore erga DEUM ac DEIPARAM gratia-rum actione. Ita Fridericus restituto Deiparæ ope fi-lio, quem cum piissima illa Tobiae Matre (a) Lumen oculorum appellare potuit, ipsum quadantenus lu-men oculorum recepit. Idem enim Carolus, quâ erat pietate in parente, etiam cum Brunsbergensis Col-legii scholas jam adolescens frequentaret, cæcum parentem, manu humero suo innixum ductabat. Brunsbergam enim, venditis Resseliensi civitati fun-dis, juxta commodissimè adjacentibus, se parens transstulerat, & fixa in ædibus Parochi statione, Tem-plum Societatis, in quo matutinum tempus omnino totum quotidie conterebat, filio ductorem ultro ci-troque semper agente, frequentabat; in quo etiam postmodum conditus quievit, quoad Suecico bello, avarus miles stanneo loculo, quem rapuit, ossa eje-tum & cit. Porro Carolus, uti P. Simon Hein in commenta-tiōne suo disertè scribit, vixit adbuc Vormditi, cum hac

(a) Tob. c. 10. 4.

P 4

per

per oculatos praesentesq; testes probata scriberem: sed
hodie, ut spero, vivit in Monasterio Olivense Ord-
inis Cisterciensis, ad quod se uxore Vormiditi defun-
ctâ, jam pluribus abhinc annis, vita religiosissimâ
tuendæ causâ recepit.

C A P U T XVI.

Primum supplicii genus, in eos, qui desertum Lindæ Marianæ loci
contemnere, vel temerare ausi sunt, divinitus designatum,
Terror & Minx.

Pla fortasse videri potest vox, aut etiam mens, ppi Apostolæ Juliani Augusti, qui Nicephoro te
(a) negabat quidquam fausti ac fortunati eveni-
posse iis, qui Cybelen Deum Matrem injurioso-
rarent: pia enim vero & vox & mens est Ruperti, ac
(b) Deiparam alloquens, Tanta, inquit, es, ut tu hono-
ret ipse sol Christus honore, quo decet Filium bona-
parentes suos. Qui enim dixit: Honora patrem & matrem
non dubium, quin & ipse honoret, & ab omnibus animis
velit honorari Matrem. Similiter & Methodium
eandem affatus, Euge, euge, inquit, quæ debitorum
habes, qui omnibus mutuantur! Dico enim universi debo-
Tibi autem etiam ille debet. Proinde, qui dixit: Hono-
rarem tuum & matrem tuam, ut is decretum a se promul-
gatum observet, & alios excedat, omnem Matrem &
& honorem impendit. Qui igitur vult honorare
trem, quidni jure animadvertis in eos, qui Matrem
rogant honori? quidni, quemadmodum saepissime
bi, ita quandoque & Lindæ statuat aliqua in eos

(a) lib. 10. c. 22. (b) lib. in Cant. penult. (c) off.
Purificat.